



pendulamque facere semper conatus est.
Quales quantæ etiam semper fuerint ma-
chinationes Satanicæ adversus funda-
mentum salutis, minus tamen Ecclesiam
prævalere potuerunt; Fides enim Patrum
V. T. & nostra in N. T. eadem est, Act. 15,
ii. coll. 4, 12. Patres V. T. verum Messiam
sicuti & nos in N. T. Θεόν Θεωπόν credide-
runt, & hoc ex Prot-Evangelio Gen. 3.
Imò omnia scitu ad salutem necessaria,
Veteres ex Prot-Evangelio catechetica
informatione & manuductione haurire
potuerunt. Et quidem 1) Justificationem
hominis peccatoris coram Deo consistere
in remissione peccatorum, imputatione
justitiae Christi, & istud ex his verbis:
Morte morieris, qvod testatur decretum
Hierosolymitanum Act. 15, ii. coll. Esa. 53,
5. Per vulnera ejus sanati sumus. 2) Mes-
siam esse, vel futurum esse Θεόν Θεωπόν ve-
rum Deum & verum hominem. Verum
Deum, ex verbis: *Conteret caput serpen-
tis.* Verum hominem ex verbis: *Conter-
ret eidem calcaneum.* Hæc enim contritio
continet plagas, à Satana serpente anti-
qvo ipsi semini mulieris in propriâ per-
sonâ infligendas tempore passionis, ubi
le-